



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 46. Hymnorum cantus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](#)

mibi cupiunt, quod ego a me amovendum, Sæculum IV.
 non vero timendum existimo. Et inferius: A. C. 386.
 quid autem Imperatori respondimus, quod n. 30.
 humilitatem Christianam lædat? si tribu- n. 33.
 tum petat, damus. Si agros nostros cupit,
 accipiat! nemo ex nobis resistit. Hos qui-
 dem sponte non dono, sed afferri tolero.
 Populi Eleemosinæ alendis pauperibus plus-
 quam sufficientes sunt. Vitio nobis ver-
 titur, quod aurum in pauperes distribua-
 mus; hoc a nobis fieri non modo negare
 non possum, sed gloriior; pauperum preces
 sunt præsidium meum; illi cæci, illi clau-
 di, illi senio debiles fortissimis bellatoribus
 robore præstant. Quæ sunt Cæsar, Cæ- n. 35.
 sari reddimus, & quæ sunt Dei, Deo. Tri-
 butum Cæsar, Ecclesia Dei. Quis
 ferat dicentes, his responsis Imperatoris
 Majestatem offendit? non major ei obtin- n. 36.
 gere honor potest, quam si Ecclesiæ filius
 vocetur. Imperator in Ecclesia est, non
 supra Ecclesiam.

§. XLVI.

Hymnorum cantus.

Ad hæc quoque S. Ambrosius respondet,
 quod reprehenderetur, populum n. 34.
 hymnorum suorum cantu decipere; &
 fatetur, se Fideles suos eo instituisse, ut
 his modulis Trinitatis fidem profiteren-
 tur. Et sane inter ea media, quæ ad po-
 puli sui solatium in hac persecuzione ad. Paul. vit.
 D d d 4 hibuit, n. 13.

Sæculum IV. hibuit, non inutile fuit hymnorum, a se
 A. C. 386

compositorum, cantus, & Antiphonarum,
 ut nominat Paulinus, id est, Psalmorum
 alternatim a duobus choris recitatorum.

Id. i. offic. Id constat, ex tunc Mediolani ad vigilias
c. 7. nocturnas, aliasque orationis publicæ ho-

Aug. 9. Conf. secundum Ecclesiarum Orientalium usum
c. 7. cantari. Ista consuetudo ab Ecclesia Me-

diolanensi in omnes Occidentis reliquas
 dimanavit. Cum vero semper in Eccle-
 sia universa Psalmi fuerint decantati, non
 satis appareat, quid novi S. Ambrosius in-
 troducederit, nisi hymnos, & cantus alter-
 nos. Coeterum hodieque plures hym-
 nos canimus, qui ipsius opera sunt, usque
 adeo celebrati, ut subsecutis temporibus
 monachi loco vocis, hymnus, Ambrosia-

Reg. S. Ben. num dicerent. (*)

c. 9. 12. 16.

17. §. XLVII.

Reliquiæ SS. Gervasi, & Protasi.

Paul. vit. Ipse Deus Ecclesiam Mediolanensem so-
n. 14. lari dignatus est, dum, quo loco jace-

SIR
 ren
 fra
 &
 me
 lav
 de
 An
 pe
 sil
 ali
 tan
 di
 cia
 su
 m
 D
 G
 &
 ce
 ba
 eu
 o
 an
 di
 g
 n
 A
 ca
 el
 n
 C

(*) In Nota hic sequente Interpres Protestans
 dicit: In dem sogenannten *Officio Romano* ste-
 hen verschiedene lateinische Gesänge, die Am-
 brosius Namen führen, es ist aber sehr daran zu
 zweifeln, ob er von allen Verfasser sey; wenig-
 stens kann es von demjenigen Liede nicht be-
 hauptet werden, darin diese Worte stehen:
 o Crux